



Albertus d'fori

Moravia

Albertus gen' sigismundi

Barones

ezernahora

Suatocopi

o regnum

remissior est. Lenacem plerique accusauerunt. et ad rem nimis attentum. Id facere primi antecessores Sigismundus atque Albertus caesares. quorum prodigalitati cuiusvis compata liberalitas videri auaritia potest. Leteque fridericus. nec sua profundit nec aliena diripit. Verbis factis ve temperas. Albertus frater eius longe dissimilis. Celer in agrediendis rebus belligae appetens. periculi contemptor. audax laboris patiens. manu atque ingenio promptus. pecunias inter amicos partitur. ac profundit. Inter opes pauperum. In pauperestate diues. nullius rei magis quam fame auarus.

Procedenti per Austriam in aquilonem. Moravi occurrunt. gens ferox. et rapinarum avida. Inter Hungaros Bohemosque transdanubium sita. hanc punitiam eius nominis. Sigismundus imperator Alberto genero suo quem postea impauit dono dedit. Rebellantem et imperata facere recusantem Albertus magnis affecit cladibus. Quam supra Quingentas villas vna excursione combussit. mortales multos neci. dedit. pene omne abegit. Jugumque ferre perfida gentem coegit. In hac punitia ciuitates et oppida Romane ecclesie ritum tenent. et catholice fidei sentiunt. Barones ferme omnes hussitarum labe infecti sunt. Die cum verbum dei predicaret Johannes capistranus. et in errores hussitarum vehementer inueheret. Baronis non pui nominis quem ezernahoram vocant secuta puerfio est. quam relicta prope perfidia. cum duobus milibus subditorum veritate Romane sedis amplexus est. filius eius doctrina et moribus clarus non diu postea Plomuncensis ecclesie pontificatum obrinuit. Ea est unica ciuitas Morauorum Episcopalis. Regnum inter morauos aliquando fuit. latissimum. ac potissimum. quod usque ad filium Suatocopi durauit. cuius fortunam in bohemica descripsimus hystoria. At cum filius Suatocopi Ecclesiam dei sperneret Regum genti ademptus est. Quod postea Romani caesares in Bohemia transtulerunt. In hac punitia cum plura sunt oppida plena populo. et opibus abundantia. Inter que prunna principatum obtinet et noynca Si